



Universitätsbibliothek Paderborn

Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata

In Qvatvor Tomos Distincta

In quo Dauidis Regis ac Prophetæ, aliorumque sacrorum Vatum Psalmi; ex
Hebraica veritate in Latinum carmen obseruantissimè conuersi

Arias Montano, Benito

Antverpiæ, 1589

Psal. LXXIII. Quàm bonus Israël Deus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44993

P S A L M O R V M
L I B E R III.

P S A L . L X X I I I .

Quām bonus Israēl Deus.

P R O V I D E N T I A A S S E R -
T I S S I M A .

Psalmus Asaph.

Carmen Tricolon Tetrasstrophon.



T nempe si mens purior Israēl
Constat, probandus constat itē D E U S
Iis, quos tueri nomen almin
Cura tenet, studiumque rectum.

- 2 O me (referre exempla iuuat mea)
Quām penè iniquo corrueram pede;
Namque inquietis iam lababam,
Consilijs temerare gressum.
3 Nam me soluto proposito iuvidum
Vulgi profani stultitia abstulit,
Florere dum cerno beatos,
Quos furor improbitasque versant.
4 Non obligatis hos retinet diu
Mors lenta vincis; viuida roboris
Vis constat illis, instar aulæ
Praeualidæ, solidata pingui.
5 Mortalium hos non ægra molestia,
Humana plaga aut tentat, ut insolens
6 Hos torque commendet superbo,
Vestiat & violentus ardor.
7 Quis crassa pingui sors adipe editur
Erumpet ipsis ex oculis, licet
His ampla cordis vota surgant,
Exitus exuperat secundus.
8 Sic dum liquecunt, improba proferunt
Inuiriātumque ac violentiæ
In verba, fastuque insolenti
Alloquiis furiantur altis.

¶ Ora

- 9 Ore & scelso sidera tangere, &
Sermone cælum rondere perfido
Audent, & infreni per omnem
Lingua aderant temerantque terram.
- 10 Ergo (labore ac non sine maximo)
Haurire plenas mæstitiis aquas
Eius coactus nec quietis
Huc animis populus redibit:
- 11 Ut dicat, Ecquid noscere creditur
FORTIS? superno an constat in æthere
Humana noscendi facultas,
Aut superos terret vlla cura?
- 12 Ipsi en nefandis moribus impij
Mundi quietos continuant dies;
Quos res beatis apparata,
Vis & opum cumulata compleat.
- 13 Purgare frustra cor studui meum,
Frustraque palmas innocuas lauo
- 14 Certè; ac diebus manè cunctis
Arguor assidueque pector.
- 15 Si dico, sanè sic referam, quasi
Hæc filiorum conditio notet
Vitam tuorum, falsus ipse
Colligo dum teinerè, fæelli.
- 16 Si scire certo examine cogitem
Hæc; explicanti perpetuus labor,
Et fluctuantis cura mentis
Ante meos oculos oberrat.
- 17 Areana donec FORTIS in abdita
Mens me vt venirem commonuit mea
Horum notaremque, vt supremus
Exitus, vt recidatque finis.
- 18 Nempe hos locis tu histeri lubricis
Das, & ruinis exitialibus
Impellis, vt scissos repente
Comminuat circa vis paucoru[m]:
- 19 Nocturna qualem somnia imaginem
Excussa perdunt terribilem prius;
- 20 IAS eorum magna in vrbe
Spestra dabis vigilata temni.
- 21 Iam cor mi aceto serbuerat, mei
Renes me asci piungere cooperant;

ad 4

22 Ignarus

F 10 PSALMORVM

- 22 Ignarus atque excors apud te,
Quadrupedes veluti, stupebam.
23 Quumque ipse tecum semper obambulans,
Dextram tenentem teque sequar meam;
24 Ductum tuo me vera cepit
Gloria consilioque fultum.
25 Cælo sed omni quis mihi? nec velim
Terris, neque optem quem socium tibi.
Desit mihi vel cor, caro vel
26 Deficiat tenuata membris:
Munimen amplum, robur & est mei
Cordis, neque unquam deficiens D E V S:
27 A te peribunt sed remoti;
Te & violans cadet ecce adulter.
28 Hoc, ipse dicam, si experiar D E V M
Semper propinquum, me iuuat, atque H E R O
Fidisse in uno semper I A,
Cuncta tua & memorare facta.

PSALMVS LXXIIII.

Vt quid Deus repulisti in finem.

GRAVISSIMAE TEMPESTATIS
DEPRECATIO.

Admonitio Asapho.

Carmen Dicolon Distrophon.

- N**Am cur D E V S remotius reieceris
Nullo reducens tempore?
Tuusque nasus in pecus fumat tuum,
Queis pastor ipse accesseras.
2 Memento qualis comparatus iam tibi
Grex, ac redempta quæ tribus:
Illa, est quæ amato lecta patrimonio
Sione monte in inclyto;
Terris magis quem cæteris elegeras
Tuo fouendum numine.
3 Atrolle gressus vastitatum vindices
Diu iacentumque vrbium:
Nam sancta multus hostis impetens loca
Avis maligne polluit.

¶ Tremuntque